

V. Denique ne nesciatur, ubi subscriptiones faciendæ, aut solutio à subscripturis præstanda sit; monemus brevissimis, vel hic Illustre D. Bartholomæo, cuius sumptibus Opus prodibit, fieri posse, & nundinarum tempore Francofurti & Lipsiæ in taberna quam ibi fixit: Vel alibi locis infra per tabellam enumeratis.

Nimirum recipientur ad subscriptionem, quicumque volent Francofurti apud *Andræ & Horst*, *Daniælem Friedericum Knoebium* & *Jo. Frid. Fleischerum*. Lipsiæ apud *Thomam Fritschium*, *B. Job. Frid. Gleditschii Filiam*, *Frid. Lanckjiffi B. Hæredes*, & *Mauritium Georgium Widmannum*, aut etiam aliis in urbibus apud amicos: nimirum Amstelodami apud *Frates Wetstenios*, ut & *P. Honoré & Châtellain*. Argentorati apud *Job. Meyerm.* Basiliæ apud *Job. Jac. Bischoff*, *J. L. Brandmullerum* & *Frates Thurneisen*. Berolini apud *Job. Andream Ruliger*. Bernæ apud *Hallerum & Confortes*. Brunsvigæ apud *Ludolphum Schræderum*. Viduam & *Filius*. Dresdæ apud *Winckleri B. Viduam*, *Zimmermannum & Gertachium*. Francofurti ad Viadrum apud *Job. Godofredum Conrad*. Genevæ apud *Frates de Tourne*. Guelpherbyti apud *Job. Christ. Meisnerum*. Halæ Magdeb. apud *Eblers in Bibliopoliu Orphanotrophii*, & *Job. Godofredi Rengeri B. Viduam*. Hannoveræ apud *Job. Nicolaum Færsterum*. Hamburgi apud *Theodorum Christ. Felginer*, *Job. Wolffgangum Eickweiler*, & *Job. Christ. Kijnerum*. Hafsiæ apud *Job. Christ. Rothium*. Holmiæ apud *Maurit. Georg. Widmanni bibliopolum*. Jenæ apud *Job. Felicem Bielke*. Regiomonte apud *Christ. Gottlieb. Eckardum*. Lemgovigæ apud *Frates Meyeros*. Noribergæ apud *Wilhelm. Maurit. Endteri B. Hæredes*, *Job. Georg. Lochnerum, Petrum Conrad. Monath*, & *Job. Steiniam*. Pragæ apud *Job. Paulum Lochnerum & Johannem Frid. Rüdigerum*. Ratisbonæ apud *Job. Conradum Peetz*. Schaphusiæ apud *Onophr. Seillerum*. Stutgardiæ apud *Metzlerum & Erhardum*. Tubingæ apud *Job. Georg. Cottam & Theod. Metzlerum*. Tiguri apud *Bodmerum & Confortes*. Viennæ apud *Job. Martinum Eslingerum*. Wittebergæ apud *Job. Godofr. Zimmermanni B. Viduam*. Wratislaviæ apud *Micb. Hubertum*.

005

001

TESTIMONIA
DE
JOANNIS SCHILTERI.
THESAURO ANTIQUITATUM GERMANICARUM.

Georg. Hickefus in Institutionibus Grammaticis Franco-Theoticis, p. 5. & 6.
Sed Paraphrasin hanc, & Versionem Psalmorum *Teutonicam* (cujus auctorem Otridum esse contendit Trithemius in Catalogo Illustrum Germaniæ Virorum) *Notkero Labeoni*, *Abbati S. Galli*, qui ante septingentos annos floruit, adjudicat *Job. Schilterus Argentoratensis* in Inscriptione libri, cujus editioni jam incumbit Vir Clar. de Republica literaria & arctois, præsertim patriis, Musis optimè meritus.

Idem, ibidem p. 105.
Volumen Evangeliorum Otridi, Monachi Weissenburgensis Pseudo-rhythmicum à Flacio Illyrico mendose editum Basileæ A. 1571. Versione Latina, variis Lectionibus, notisque illustratum, & mendis omnibus purgatum denuo publicandum in se suscepit, in *Francicis, Gothicis, Cimbricis, Anglo-Saxonicis, & Longobardicis Versatissimus Jo. Schilterus, Argentoratensis*. Hujus Operis Specimen ante biennium in publicum emisit, nempe Otridi ad Ludovicum I. Regem Franciæ Orientalis, Voluminis sui Evangeliorum dedicationem, quod (opus) poetose Pseudo-rhythmicæ vetustissimum simul, ac aptissimum exemplum est.

Job. Mabillon, Monachus Benedictinus in Epistola ad Autorem nostrum de A. 1701. v. Kalend. Jul.
Vale Vir Clarissime, & Valetudinem tuam diligenter cura, ut Glossarium tuum Germanicum tandem in publicam lucem prodeat, quod maximè omnes eruditi expetunt, &c.

Job. Georgius Grævius, in Literis ad Autorem nostrum de A. 1699. nonis Septembris.
Te in Patria Lingua & Antiquitatibus Teutonicis erudis magno cum applausu & fructu versari lætus percipit, atque hoc nomine Patriæ non tantum sed univervo Orbi Literato de tam preclaris Ingenii fecibus summo opere gratulor, quamprimum Tuum Etymologicon seu Glossarium Vet. Ling. Fr. & Alem. publicum afficiet lucem.

Eidericus Roffgaard, Danus, in Literis ad Autorem nostrum de A. 1697. d. 13. Novemb.
Te solum inter eruditos novi, qui tantæ difficultatis opus (Otridi scil. Evangelia, &c.) ad optatum finem possis perducere. Fructus autem inde colliges immortales laudes, quas non Germania solum, sed totus Tibi debebit Septentrio, imò Univerfus orbis Literatorum.

Cornelius Van den Velde, in Literis ad Autorem nostrum de A. 1697. d. 22. April.
In operibus Tuis perlegendis in stuporem me conjecit eruditio Tua adeo nullis finibus contenta, ut & omnem superiorem reconditioremque literaturam, omnes bonas artes, omnemque Antiquitatem & temporis longinquitate & infelicitum seculorum calamitate absconditissimam exhaustisse atque excussisse mihi videaris. Quare Vir summe, nil est, quod ardentius magis optem, quam ut nobis quamplurimum Ingenii Tui fecibus frui liceat.

Christianus Guil. ab Eyben, in Epist. ad Aut. nostrum de A. 1699. d. 21. Sept.
Festina modo opus Patriæ charum non minus ac summo opere utile, quin illustrandæ ejus hiit. vel max. necessarium. Idem (Dn. ab Eyben,) in literis ad eundem de A. 1701. die 5. Maji.

Quid vero de Thesaurio Tuo Teutonico, & Gloss. imprimis tandem fiet, salivam plurimum movisti, nec à quoquam alio expectaverit talia orbis Eruditis. An inventisti, qui sumtus suppediet, & an ceptum jam sit communicari Patriæ, ejusque antiquitatis amantibus Cimelion hocce? Scribe quæso &c.

Jobus Ludolfus in Literis ad Autorem nostrum de A. 1698. die 2. Maji.
Specimen Gloss. Tui, ut & Otridi atque Notkeri, (mihi transmissa) oppidò placuerunt, optarem ad Psalmos Dav. addi quoque Canticum Canticorum Salomonis, Lingua vet. Teutonica à Willeramio versum, atque etiam ante aliquot annos editum. Ista enim multum ad illustrationem hodiernæ nostræ linguæ facere possunt: pergas igitur strenuè. DEUS tibi sanitatem atque tranquillam vitam duit. Specimen Gloss. Tui Fr. & Alem. cum Voluptate peripexis; possem huic operi multa haud inutilia suppeditare, si vel negotia vello distantia id permitteret.

Leinicum in Epistola ad Constantissimum Dominum ab Eyben, Haldensii filium de 1699. die 20. Junii.
Je vous remercie aussi de présent, que Vous m'avez de la part du dit Mr. Schilter, vous suppliant de luy en temoigner ma reconnoissance un peu jaloux. On s'imagine souvent, qu'on ne sçait rien faire la dessus, qui ne soit tiré d'eux. Ce qui me paroit une Vanité peu raisonnable. La Mette est chez nous, & ils n'ont que la fille, c'est à dire des Colonies.

Job. Nicol. Herms, *J. C. in Acad. Giesingi* ad Autorem nostrum de A. 1696. d. 21. Septembr.
Jus Fœdæ Alemannicæ veteris nunc Tuum dixero, tam docto, tam ubere & eleganter Commentario illustratum, Accessionibusque egregiè locupletatum: ut proinde & Patriæ nostræ gratuletur, quam tanto munere Tibi, Vir illustris, adhuc maximè devinctam tenes. Utinam Auspiciis quoque Tuis ac eodem habitu prodirent Jura Germanorum Amicis, quod ad Res Allodialles pertinet. Quod enim apud multos nullum aut modicum eorum sit pretium, non semper ex concessu fit; sed quod ea nunquam vel videndi vel legendi copiam habuerint, studio haud dubie oculo eorum, qui plus quam oportet Romana Jura adamaverunt, & patriæ Leges oppresserunt. Quam longè aliter, si imprimis præsertim, ego jam dudum fenserim, documento erunt, quæ five ex publico five privato Dissertationes editæ, præsertim de Paroitiis Juris Germanici, &c.

Ende

Anfang